



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

Caput Syntaxeos Primum. Christi Natiuitas ab [a]eterno, cum Pr[a]efatione
D. Luc[a]e in Historiam Euangelica[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

SYNTAXIS

HISTORIAE EUANGELICAE,

In qua Domini Nostri Iesu Christi res gestae or-

dine *narrantur, ipsis Quatuor Euangelistarum verbis ita
parite & distincte collocatis, ut quid singulorum
proprium, quid duorum, plurimumve, & quorum
commune sit, sub aspectum Lectoris
statim cadat.*

CAPVT I. Christi Natiuitas ab aeterno,
cum Praefatione ex D. Luca.

S. Matthaeus.

S. Marcus.

SANCTVM IESV
CHRISTI Euange-
lium secundum Lucam.

CAP. I.

Q

ONIAM
QVDEM
multi co-
nati sunt
ordinare
narratione qua in nobis
completae sunt rerum,
sicut tradiderunt nobis
qui ab initio ipsi viderunt,
& ministri fuerunt ser-
monis: visum est & mihi
assequuto omnia a prin-
cipio diligenter, ex or-
dine tibi scribere optime
Theophile, ut cognos-
cas eorum verborum,
de quibus eruditus es,
veritatem. *2

SANCTVM IESV
CHRISTI Euange-
lium secundum Iohannem.

CAP. I.

I

N PRIN-
cipio erat
Verbum,
& Verbum
erat apud
Deum, & Deus erat ver-
bum. Hoc erat in prin-
cipio apud Deum. Omnia
per ipsum facta sunt: &
sine ipso factum est nihil
quod factum est: in ipso
vita erat, & vita erat lux
hominum: & lux in te-
nebris lucet, & tenebrae
eam non comprehende-
runt. *13

A

CAP. 2.